Nr. 681.

CURRENDA II.

A. D. 1875.

Laudetur Jesus Christus.

Transacto feliciter anni curriculo, iterum salutamus Vos Venerabiles Fratres! et gratias agimus Deo Omnipotenti, quod nos omnes a gravioribus periculis et tribulationibus incolumes servaverit, de quibus sermonem in principio anni elapsi egimus, et quibus etiam nunc in aliis quibusdam Europae oris Christi fideles, et praesertim sacerdotes Christi, antistites Ecclesiarum premuntur, non quidem excepto summo Pontifice Pio IX, qui jam quintum in annum omnes captiviiatis calamitates et acerbitates aequo animo et admiratione digna virtute sustinet.

Dum autem haec consideramus, nos, quibus laetioribus temporibus et pace frui a Divina Providentia concessum est, an non fundato timore percellimur, ne nos quoque similium adversitatum tela attingant, praeprimis si mente revolverimus, quanta inimicorum Ecclesiae agmina quotidie consurgant, qui jam omnibus modis non solum in ipsam Ecclesiam catholicam ejusque pastores feruntur, verum omnem religionem revelatam de medio tollere, omnem erga Deum pietatem et timorem e cordibus fidelium exstirpare audacter adnituntur?

Mimime Vos laetare possunt recentia permultorum conamina, qui in Imperio Austriaco, et Vindobonae, quum ipsi potissimum alienigenae sint sectam Farmassonum invehre satagant, quo pacto facilius scopum suum prosequi, et fidem catholicorum subvertere valeant. Quantopere autem omnia hanc et similia conamina in ipsa Ecclesiae fundamenta evertenda ferantur, superflnum est amplioribus verbis desuper disserere.

Neque Vos latet, quantopere adversarii hi, verbo calamoque abutantur ut in veritate et fide minus roboratos ad suas partes pertrahant quomodo ad fabulas convertuntur (II. Tim. IV. 4.) ut ritus sacros ludibrio exponant, ministros altaris calumnientur, et eos auctoritate qua pollent exuant; quomodo eosdem ministros altaris ad proditionem fidei seducant tum, veneno infectum aculeum in eos jaciendo, tum subdola adulatione in laqueum perditionis trahendo. Quapropter Vos monitas esse volumus hortamurque in Domino, ut quum sitis salterrae (Math. V. 13.) vigiletis, stetis in fide, viriliter agatis, et confortemini (I. Cor. XVI. 13.) State semper succincti lumbos vestros in *veritate*, et induti loricam *justitiae* Ept. VI. 14. Praedicando autem juxta monitum Apostoli gentium veritatem, ipsi praeprimis loricam justitiae deferatis et intemeratam morum praesitatum integritatem, castitatem, subrietamque

sequamini ut gregi Christi exemplum imitatione dignum Vosmet exhibeatis. Procul sitis a vanitate mundana, ne mundi hujus deliciis irretiti amore et gratia Jesu Christi excidatis.

Sed etiam cavete a lectione talium Ephemeridum de quarum hostili et iniquo in Fidem et Ecclesiam Christi animo certum constat; toties enim tristitia animi perfundimur, quoties percipimus, quosdam Vestrum Ephemerides ejusmodi non tantum sine conscientiae scrupulis legere verum etiam sibi procurare et sustinere, acsi praesto non essent sufficienti numero tales Ephemerides, quarum lectione et Vos aedificari et aliorum quoque aedificatio promoveri possit, quod autem non tantum, vocationi et virtuti sacerdotali magnum infert detrimentum, verum et fidelibus scandalum praebet.

Dum autem Vos ad officia muneris sacerdotalis omni cum zelo ac indefosso fervore adimplenda hortamur, non possumus iterum silentio premere gaudium Nostrum, quo perfundebamur anno elapso, haurientes notitiam de pietatis fervore, quo plurimi Vestrum animati ad recollectiones pias peragendas ad urbem residentiae Nostrae properarunt; idcirco et modo Vos ad conservandos et augendos inde obtentos fructus et hoc anno hortamur, et fine ulterioris et majoris incitamenti ad talia pietatis opera, communicamus Vobiscum Litteras Summi Pontificis Pii IX. hoc obtutu ad Nos datas, quibus ex hac causa et documentum consolationis Suae Nobis et Vobis exhibet, et benedictionem Apostolicam Nobis et Vobis omnibus, benignissime elargitur. Existimamus igitur initio anni, nihil pretiosius Vobis offerre, nec jucundius gratulari potuisse.

Tarnoviae 1. Januarii 1875.

Pius PP. IX.

Veneralilis Frater Salutem et Apostolicam Benedictionem!

Magna cum consolatione perlegimus quae ad Nos retulisti tuis litteris die 29 elapsi Septembris datis de spiritualibus exercitiis, quibus Dilecti Filii tuae Dioecesis Sacerdotes operam dederunt. Deo Clementissimo ex corde benediximus, Ven. Frater, a te intelligentes quantus spiritualis fructus ex hoc pio opere extiterit, et quantam vim salutarium veritatum, quae opportune propositae fuerunt, meditatio habuerit, ut tuorum Sacerdotum spiritum confortaret, ac ad Suae Sanctae vocationis officia obeunda erectiores efficeret.

Nos itaque zelum tuum in Domino commendamus, Ven. Fratrer, qui ad ecclesiastici ordinis in tua Dioecesi disciplinam custodiendam et promovendam curas tuas impendere non omittis, et quo acerbiora sunt tempora eo magis confidere volumus, Sacerdotes tuos spiritu confortatos strenuam tibi operam navaturos ad Religionis causam tuendam et ad animarum lucra feliciter procuranda. In hunc finem Divinam Clementiam precamur, ab ea enixe poscentes, ut tibi caelestium gratiarum plenitudinem in tuo pastorali munere implendo largiatur, utque propitia quod in Clero tuo benigne operata est, confirmet solidetque.

Gratias autem tibi habentes pro consolationis officio, quoderga Nos explevisti, **Apostolicam Benedictionem** in auspicium caelestium munerum et in pignus sincerae dilectionis Nostrae tibi Vener. Fratrer, cunctoque tuo Clero nec non et Fidelibus, quibus praesides, peramanter et ex corde impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum die 7. Novembris Anno 1874.

Pontificatus Nostri Anno Vicessimo nono.

Pius PP. IX. m. p.

L. 153.

Reskrypt ministeryalny w sprawach konkurencyjnych.

C. k. Namiestnik. L. 58561.

W załączeniu udziela się Przewielebn. Konsystorzowi odpis reskruptu Wysokiego c. k. Ministerstwa Wyznań i oświecenia z dnia 29. listopada 1874. l. 16944 w sprawach konkurencyjnych do budowy kościołów i budynków plebańskich *podczas toku rozpraw względem podziału lub łączenia* beneficyów do wiadomości i do zastosowania.

Lwów dnia 15. grudnia 1874.

W zastępstwie
Eckhard.

Odpis reskryptu ministeryalnego z dnia 29. listopada 1874. do Jego Excellency Pana Namiestnika Galicyi we Lwowie. L. 16944.

In Folge der wiederholten Wahrnehmung, daß in Kirchen und Pfarrbaufällen auf gleichzeitige Ein- Um- oder Auspfarrungverhandlungen nicht Rücksicht genommen wird, woraus vielfacher Streit über die Konkurenzverbindlichkeiten entsteht, sehe ich mich zu nachfolgenden Anordnungen bestimmt:

1. Während eine Ein- Um- oder Auspfarrungsverhandlung schwebt ist die Ausführung von Kirchen und Pfarrbaulichkeiten in den betheiligten Pfarrsprengeln nach Thunlichkeit zu vermeiden.

2. Läßt sich die Ausführung des Baues nicht verschieben, so ist auf die vorbezeichnete Verhandlung Rücksicht zu nehmen und wo möglich durch ein gütliches Übereinkommen festzustellen, ob für den Fall des Zustandekommens der Ein- Um- oder Auspfarrung die neuantretenden Pfarrangehörigen an der Baulast Theil zu nehmen haben, oder die austretenden von derselben befreit sein sollen.

3. Läß sich ein solches Übereinkommen nicht erzielen, so ist bei Entscheidung über eine streitige Conkurrenzpflicht innerhalb der katholischen Kirche zur Richtschnur zu nehmen, daß nach §. 20. des Gesetzes vom 7. Mai 1874 R. G. B. Nr. 50 zur Errichtung neuer Pfarrbezirke, sowie zu einer Änderung in der Abgränzung der bestehenden

die staatliche Genehmigung erfordert wird, und daß daher eine Ein- Um- oder Auspfarrung erst dann als vollzogen gilt, wenn die kirchliche, sowie die staatliche Zustimmung zu derselben rechts kräftig ertheilt ist. In gleicher Weise ist bei den anderen anerkannten Kirchen und Religionsgesellschaften darauf zu achten, ob alle für die Ein- Um- oder Auspfarrung gesetzlich vorgeschriebenen Voraussetzungen zu welchen regelmässig auch die staatliche Zustimmung gehört, eingetroffen sind.

Nr. 29.

Excelsa c. r. Locumtenentia Leopolitana de 12 Dec. 1874 Nr. 56.560 significavit Nobis ad exhibenda testimonia paupertatis pro candidatis, fine susceptionis eorundem ad seminarium Nostrum dioecesanum, competens esse *officium communitatis* (urząd gminy); ad eadem vero testimonia corroboranda competens esse respectium *c. r. officium Capitaneatus districtualis*, non autem officium parochiale. Item eodem rescripto in memoriam revocatur, ut Candidati ad seminarium dioecesanum testimonium sanitatis producentes idem non a privatis *sed c. r. medicis* sibi exhiberi sinant.

De quo Venerabilia officia Parochialia certiora reddimus pro notitia et observatione.

E Consist. Ep. Tarnoviae die 4. Januar 1875.

Nr. 128.

O małżeństwie oficerów przeniesionych ze stałéj armii do czynnéj służby przy obronie krajowéj.

C. k. Namiestnictwo we Lwowie. L. 56694.

Według §. 36. statutu dla c. k. Obrony krajowéj i rozporządzenia W. c. k. Ministerstwa Obrony krajowéj z dnia 19. listopada 1872. l. 13884, 3591 IV. oficerowie przeniesieni ze stałéj armii do czynnéj służby przy obronie krajowéj jak długo przysłuża im prawo powrotu do stałéj armii potrzebują do zawarcia związków małżeńskich zezwolenia Jego Ces. Mości.

Chcący się zrzec rzeczonego prawa powrotu, winni swe zrzeczenie się poparte rewersem prawomocnym przez dwóch świadków podpisanym przedłożyć przed zawarciem małżeństwa Wys. c. k. Ministerstwu obrony krajowéj które w tym względzie na podstawie ogólnych ustaw i przepisów o małżeństwach osób z obrony krajowéj orzekać ma.

Gdy niedawno zdarzyło się że dano ślub oficerowi milicyi krajowéj mimo że tenże nie uzyskał potrzebnego pozwolenia c. k. Ministeryum obrony krajowéj, uprasza się Przewielebny Konsystorz wskutek odezwy c. k. Komendy obrony krajowéj z 26. listopada 1874. l. 4018. o pouczenie duchowieństwa parafialnego, że bez rzeczonego pozwolenia czynnym oficerom obrony krajowéj ślubów dawać nie wolno, że zaś dla oficerów nie zostających w czynnéj służbie obrony krajowéj pozwolenie to nie jest potrzebném.

Lwów dnia 31. grudnia 1874.

W zastępstwie

Eckhard.

Nr. 131.

DECRETUM.

Feria VI. Die 11. Decembris 1874.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX. Sanctaque Sede Apostolica Indicis librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praespositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 11. Decembris 1874, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequnntur Opera.

Positive Pneumatologie. Die Realität der Geisterwelt, sowie das Phänomen der directen Schrift der Geister. Historische Uebersicht des Spiritualismus aller Zeiten und Völker, von Baron Ludwig von Güldenstubbe. — Stuttgart 1870. *Latine:* Pneumatologia positiva. Realitas Mundi Spirituum, nec non Phaenomenon directae Spirituum scriptionis. Historica Synopsis Spiritualismi omnium aetatum ac populorum auctore Barone Ludovico de Güldenstubbe. — Stutgardiae 1870. *Quocumque idiomate.* Opus praedamnatum ex Regula IX Indicis Trid. et ex Decreto S. O. die 20 Aprilis 1864.

Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche in Preussen, ihre Verbreitung, ihre Organisation und ihre Zwecke, von Dr. Paul Hinschius, Ord. Professor der Rechte an der Universität Berlin. — Berlin 1874. *Latine:* De Ordinibus et Congregationibus Ecclesiae Catholicae in Borussia, de eorum diffusione, erganismo, et finibus, auctore Paulo Hinschio, Professore Ordinario juris in Universitate Berolinensi. — Berolini 1874. Opus praedamnatum ex Regula II Indicis Trid., sicuti omnia similia Opera haereticorum.

Essai sur l'histoire de la philosophie en Italie au dix-neuvième siécle par Louis Ferri. Paris 1869. 2 volumes in 8°.

Galilei e Kant, o l'esperienza e la critica nella filosofia moderna per S. F. De Dominicis. — In Bologna 1874. Un vol. in 16.

Auctor Operis cui titulus: Storia ed esame dell' Enciclica e del Sillabo dell' 8 Decembre 1864; per l' Abate Antonino Isaia, Torino 1865, prohib. Decr. 26 Sept. 1865, *laudabiliter se subjecit et Opus reprobavit.*

Auctor Operis cui titulus: Drei Gewissensfragen über die Maigesetze. *Latine:* Tria quaesita conscientiae relate ad leges Maii, Maguntiae 1873, prohib. Decr. 10 Julii 1874, adjecta clausula *Donec corrigatur: laudabiliter se subjecit et Opus emendavit.*

Itaque nemo cojuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere

vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE IX per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 18 Decembris 1874.

ANTONINUS CARD. DE LUCA Praefectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed.
S. Ign. Congreg. a Secretis.

Loco † Sigilli.

Die 19 Decembris 1874 ego infrascriptus magister Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Philippus Ossani Mag. Curs.

Nr. 129.

Communicamus Vobiscum Litteras Suae Excellentiae Nuncii Apostolici Vindobonensis ad Suam Excellentiam Archiepiscopum Leopoliensem rit. lat. datas, intuitu instituendae indicationis c. r. Regimini sacerdotum qui beneficiis sic dictis incorporatis administratores sint constituendi.

Excellentissime ac Reverendissime Domine!

Sub praec. 7 Januarii 1875. obtinui litteras dtto 20. Decembris 1874. N. 1522 ab Excellmo ac Rmo Dno Nuntio Apostolico Vindobonensi ad me directas sequentis tenoris.

„Haud ignotum Excellentiae Vestrae Rmae est, gubernium exquirere, ut quisque Episcopus ipsi indicet, quem beneficii sic dicti incorporati administratorem sit constituturus. Equidem de hujusmodi beneficiis nulla occurit mentio in Apostolicis litteris diei 5 Novembris 1855 nec sub earumdem verbis-in parochialibus aliisque ecclesiasticis beneficiis conferendis-continentur. Attamen ipsum gubernium preces S. Sedi eum in finem direxit, ut ipsa benigne vellet huic negotio consulere: ex altera autem eidem S. Sedi expositum fuit, sat graves nunc oriri posse difficultates si aliqua ratione non fieret satis praecibus gubernii hinc SSmus Dominus, praehabitis necessariis notitiis, animadvertens magis fore opportunum praesentibus rerum adjunctis, hac in re dificultates praevenire, et novum longanimitatis argumentum exhibere, non dissentit tolerari posse, quod Archiepiscopi et Episcopi hujus Imperii Gubernio indicent nomina iliorum sacerdotum qui ad administrandas parohcias sic dictas incorporatas destinantur.

Quae omni dum Excellentiae Vestrae significo simul oro, ut haec eadem suae Archidioeceseo Episcopis sufraganeis communicare velit. Interim &c.“

Referendo haecce pro notitia et directione Excellentiae Vestrae Reverendissimae, occasionem hanc arripio ad exprimenda profundissimae venerationis sensa, quibuscum persisto.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae humillimus ei servus ad didissimus Fratres in Christo

Franciscus Xaverius Archieppus.

Nr. 47.

W Warszawie wyszło dzieło „Ojcowstwo i macierzyństwo" tłumaczone przez Ks. S. T. Mankielana. Cena jednego egzemplarza wynosi rub. 2. kop. 50 co na austryacką monetę wynosi 4 złr. Skład główny znajduje się w Warszawie i u tłumacza w Malowéj górze przez Terespol. Ktoby sobie życzył nabyć to dzieło, niechaj uda się do wyżej wymionego ks. tłumacza, który się obowiązuje oznaczoną liczbę eglemplarzy, własnym kosztem odsyłać do oznaczonego miejsca.

Z Konsytorza Biskupiego. Tarnow 5. stycznia 1875.

Nr. 465.

O wpisie aktu zejścia zmarłych za granicą w księgach metrykalnych.

C. k. Namiestnik. L. 52994.

Okólnik do wszystkich PP. c. k. Starostów.

Wielu mieszkańców wsi nadwiślańskich poddanych Monarchii Austryackiéj udaje się za granicę mianowicie w celu zarobkowania w szczególności przy spławianiu drzewa na tak zwany flis i tam niektórzy z nich umierają, a c. k. austryacko-węgiersk Konsulat w Warszawie o ich śmierci przez władze rosyjskie donosi potem o tem dotyczącemu starostwu które ze swéj strony uwiadamia znowu dotyczący urząd parafialny przy załączeniu lub bez załączenia otrzymanych od władz rosyjskich poświadczeń śmierci z wezwaniem, zapisania wypadku śmierci w dotyczącéj księdze.

Zdarzały się jednak wypadki, że urzędy parafialne w skutek podobnych zawiadomień wpisywały akty śmierci zmarłych za granicą osób do swych ksiąg metrykalnych w taki sposób, jak gdyby akt zejścia obywatela Austryackiego zmarłego w obcym kraju miał był miejsce tu w kraju.

Ponieważ zaś duszpasterze w myśl istniejących przepisów upoważnieni są do zapisywania aktów śmierci i w metrykach parafialnych tylko w tym razie, jeżeli ciało zmarłéj osoby w obrębie własnéj parafii pogrzebanem zostało, a zatem akt zejścia na miejscu sprawdzonym został, przeto zechce Pan Starosta pouczyć urzędy parafialne i prowadzących metryki, aby na przyszłość w podobnych wypadkach tylko w księdze

urodzonych przy pozycyi dotyczącéj osoby w rubryce „uwaga“ uwidoczniali dzień, rok i miejsce jéj śmierci z odwołaniem się na odnośne poświadczenie śmierci, lub doniesienie urzędowe, które w aktach metrykalnych także przechowane być ma i by w ogóle w takich wypadkach analogicznie sobie postępywali, jak to rozporządzeniem Ministerstwa spraw wewnętrznych w porozumieniu z Ministerstwami wyznań i oświaty, tudzież obrony krajowéj z dnia 27. lipca 1870. l. 10148 zakomunikowanem tutejszym reskryptem z dnia 12. września 1870. l. 33377 względem osób popisowych zmarłych w obcem miejscu przed 23. rokiem życia swego zarządzono.

Przytem jednak zauważyć należy, że podobne zapiski nie mogą służyć za podstawę do wystawienia dla familii metryki zejścia z tego świata pewnéj osoby, lecz mogą posłużyć tylko za wskazówkę stronom interesowanym, gdzie i na jakiéj drodze będą mogły otrzymać metrykę zejścia dotyczącéj osoby zmarłéj za granicą państwa.

Pan Starosta zaś ze swéj strony udzielając urzędom parafialnym lub prowadzącym metryki doszłe Go doniesienia, o zaszłéj za granicą śmierci poddanego austryackiego do dalszego zarządzenia, odwoła się w każdym poszczególnym wypadku do okólnika, który wyda w skutek niniejszego polecenia.

Lwów dnia 15. stycznia 1875.

Co podaje się Wielebnemu Duchowieństwu parafialnemu do wiadomości i zachowania.

Commendatur piis ad aram precibus anima **Andreæ Sklarski** presbyteri diœcesani deficientium pensione provisi qui 7. Januarii a. c. vita functus est.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 28. Januarii 1875.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1875. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.